

rosaceo perfuderit, ars sit mechanica. Quanquam autē sit talis, haudquaquā tamen illiberalis putanda est, nisi honestum publicę priuatęq; ægrorum salutis finem peruerterit, & alterius commodi loco, rem suam priuatam egerit. Qualis certè Philippi regis impudēs Medicus fuit, qui clauiculā eius, $\tau\lambda\omega\kappa\lambda\epsilon\delta\lambda\alpha$, vulnere deformatam percurans, subinde, *Plutarchus* *in apoph-* *tegm.* diuitijs postulatis, per aulicum iocum, $\lambda\alpha\mu\beta\alpha\nu\epsilon\ddot{\sigma}\sigma\sigma\eta\vartheta\lambda\epsilon\delta\lambda\alpha\epsilon\chi\dot{\sigma}\sigma$, à rege audiret. Iacobus Cotterius, Ludouico *Philipp.* *x i.* Galliarum rege persuaso, ne triduū *Cominæus.* quidem, nisi se præsentē, viciturum principem, in quinq; menses exercitum secutus, *LIV.* aureorum coronatorum milia sibi numerari voluit. Talis artificum sordities, artem diffamat, quæque suo merito, licet mechanica, liberalis fuerat, illiberalis tamen & sordida multorum præiudicio dānatur. Fugiatur ergo, & omne odium, fœdus aspectus, teter odor mechanici inquinamenti ex animis abhorrentium Medicorū diffugiet.

Non quidem in eum finem hæc à medicuntur, ut enixè contendā, necessitate quadam cogi Medicum ad omnē omnino,